



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre  
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

**Petrus <Comestor>**

**Argentine, 1503**

**VD16 P 1829**

Quid fecerint abeunte d[omi]no. ca. v.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30892**

ritanos: et inde processerunt per universum orbem. Et cum hoc dixeret secundum alium euangelistam eleuatis manibus benedixit eis. Et post benedictionem illam videtur illis eleuatus esse. Et nubes suscepit eum ab oculis eorum: quod quasi quidam in globo batule nubis ascendit. Non in ideo quod ad ascendendum egeret ministerio nubis, sed ut per hoc ostenderet: quia omnis creatura parata est obsequii suo creatori. Quid fecerint abeunte domino. *Laplin, V.*

## De loco ascensio

**D**ominus dicitur sulpicius episcopus hierosolymitanus: quod ibi cum postea edificata esset ecclesia: locus ille in quo instituerunt vestigia Christi ascendentis: nunquam potuit sterni paupere, imo resilliebant marmora in ora collo cantium. Calcant etiam puluerem a domino: hoc dicit esse documentum: quod vestigia in ipsa cernuntur, et eandem adhuc speciem velut pressis vestigiis terra custodit. Cum iam dominus raptus esset a conspectu eorum, adhuc tamen suspensis vultibus stabant aspicientes in celum: cum potius reuerterentur in hierosolimam debuissent: quod dictum erat eis. Sedete in ciuitate quoad usque induamini stute ex alto. Et ne dicitur ibi morarentur: missi sunt angelus instructes eos. Unde sequitur Cumque intuerentur in celum euntem illum, illo abeunte: ut accusatum ponatur per ablatiuum absolutum: per quo ponitur genitiuum in greco. Vel cum prius intuerentur euntem illum: et adhuc intuerentur in celum, ecce duo viri, duo angeli in vestibus albis: qui dixerunt,

Quibus ex causis angelus apparuerunt, *Laplin, VI.*

## Tri galilei quid

**V**estis aspicientes in celum: quasi oblitum quod facere debeat. Hic Iesus qui assumptus est a vobis in celum, in eadem carne suba: in qua assumptus est a vobis in celum: sic veniet quocumque modo vidistis eum euntem in celum id est sicut batulis nubibus vidistis eum ascendente in celum, sic batulis nubibus videbitis eum in aere ad iudicium venientem. Duplici de causa hi duo angeli apparuerunt, scilicet ut melius de absentia domini confortarent et ut eum vere ascendisse in celum demonstrarent, scilicet in regione angelorum. Non sicut belias qui raptus in igneo curru ascendit usque ad sublunarem regionem, nec eam transcedit: sed tamen translatus est in paradysum terrestrem: qui ad oem eminet ut peringat ad sublunarem regionem: nec

tamen transcedit. Tunc reuersi sunt hierosolimam a morte quod vocatur oliueti, pro copia oliuaz: sabbatum hiis iterum, itinere sabbatum distans a hierosolimam scilicet spacio miliarum, quod non ampliori spacio licebat iudeis in sabbato pergere de ciuitate vel villa in qua erat, sed per mille passus poterat circa deambulare. *Uet* editio habet a morte trium luminum. *Sic* autem dicitur e mons oliueti, quod de nocte ex parte occidentis illuminabatur igne templi, quod erat ignis iugis in altari: mane ex parte orientis primo exercebat radios solis antequam illustraret ciuitatem. Habebat etiam copia olei quod est fomentum luminis.

In quo imitatur apostolos, *Ca. VII.*

## Quinqz regressi

**C**ecum in hierosolimam omnes vnanimiter: apostolos usque ad eorum hospitia conduxerunt. Deinde ad patria redierunt. Hanc processionem discipulorum qui vnanimiter de ciuitate sunt egressi, et post vnanimiter regressi representat ecclesia singulis dominicis diebus processionem faciens. Unde sicut illi egressi sunt precedente crucifixa et nos de ecclesia egredimur cruce processendo. Et hoc non redierit cum eis crucifixus, nos tamen redeuntes cruce repositam. Quia hoc non redierit cum eis presentia corporali: redijt tamen cum eis presentia spirituali: iuxta quod dicitur, Vobiscum sum usque ad consummationem seculi. In eo ergo qui egredimur cruce domini processendo representamus: quod illi egressi sunt presentia crucifixo. In eo qui cruce domini repositam cum non redierit cum eis presentia corporali: representamus quod ait, Vobiscum sum usque ad consummationem seculi. In presentia autem ecclesia huiusmodi representatio fiebat in ecclesia quinta feria: que tunc temporis eque solennis erat sicut prima. Quinta per venerationem ascensionis, prima per reuerentiam resurrectionis. Unde in vulgare puerbum ipsum est ut dominice diei dicatur cognata dies iouis: quod antiquitus fuit eque solennis. Sed quod superueniunt festa sanctorum et celebrare tota festa erat quasi onerosum: ut in die dominica fieret processio deinceps est institutum.

Ubi et cum quibus se collegerunt *Ca. VIII.*

## Hinc ascenderunt

**T** apostoli in cenaculo ubi manebant, scilicet petrus et iacobus, iohannes et andreas et alij. Et mutat hic series catalogi. Solent enim apostoli in catalogo in hunc modum combinari. Petrus et andreas